

---

P f y c h e  
des  
Appulejus.

---

*Was das für eine wunderschöne Prinzess  
war, die Psyche!*

Erant in quadam ciuitate rex et regina.  
Hi tres numero filias, forma conspi-  
cuas, habuere. Sed maiores quidem natu,  
quamuis gratissima specie, idonee tamen ce-  
lebrari posse laudibus humanis credebantur:  
at vero puellae minoris tam praecipua, tam  
praeclara pulcritudo nec exprimi, ac ne suf-  
ficienter quidem laudari, sermonis humani  
penuria poterat. Multi denique ciuium, et  
aduenae copiosi, quos eximii spectaculi ru-  
mor studiosa celebritate congregabat, inac-  
cessae a) formositatis admiratione stupidi,  
et

a) *inaccessa formositas*: unerreichte, unerreich-  
bare Schönheit.

A